



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Vindex Libertatis Ecclesiasticae || Et Martyr || S.  
Engelbertvs || Archiepiscopus Co-||loniensis Princeps ||  
Elector, &c.**

**Gelenius, Aegidius**

**Coloniae Agrippinae, 1633**

Caput Vigesimalium sextum. De familiare quodam Ducis Limburgensis, cuius pollex contritus sanatus est.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9728**

**A** mihi Dominus, nec unum quidem capitulum in his dialogis me finxisse; quod si aliqua fortè aliter sunt gesta, quam à me scripta, magis videtur imputandum esse, à quibus mihi sunt relata.

### Caput Vigesimum sextum.

*De familiare quodam Ducis Limburgensis, cuius pollex contritus sanatus est.*

**E**ODEM tempore quidam è familia Ducis Limburgensis, pollicem contritum habuit. Venit ergò Coloniam, & cum manum ceream ad sepulchrum martyris obtulisset, curatus est.

### Caput Vigesimum septimum.

*De incolumitate cuidam contracto reddita.*

**A**LIJS in eiusdem Ducis castro natus, miserè contractus fuit. Ei ironice dicere solebant nobiles principis illius: Abi, abi Coloniam ad S. ENGELBERTVM, vt sanet te. Ita illi insultabant martyri propter veteres similitudines, quæ Duci eorum cum ENGELBERTO intercesserant.

**C**Tandem homo abiit Coloniam, & tribus continuis diebus orans a-  
 pud sepulchrum martyris, exauditus est. Cumque domum reuertisset, redditur  
 & cum nobiles illi, atque alij eius regionis homines sanum viderent, incolumi-  
 quem biennio fœdè contractum nouerant, pudefacti dicebant: Iam <sup>tas.</sup>  
 reuera cernimus Archiepiscopum ENGELBERTVM sanctum esse.

### Notatio ad Caput Vigesimum septimum.

**D** §. Eiusdem Ducis.

Dux iste Limburgensis erat Walramus, de quo *lib. 2. c. 12. p. 167.*

§. Castro puta Rodensi.

Sic enim manuscr. codex habet Hertzen-Rode quod Ducis noualia sonat. Oppidum est cum castro, non adeò amplum, sed concinnum & veteri arte cõspicuum,



Hertzen-Rode.